



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Thronus Dei Maria Deipara

Spinelli, Pietro Antonio

Coloniæ Agrippinæ, 1696

Eorum exempla, qui jejunium, vel aliud pietatis opus propter Deiparam
excercebant.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46853)

Duodecimum, Aduocata est nostra, Mater misericordiae, & Mater cunctorum viuentium.

Offic Eccl. Ad finem Corollae recitari poterit Salus Regina, cum adiuncta Oratione, vel Antiphona: Sancta Maria succurre miseris, iuuua pusillanimes, refoue stobiles, ora pro populo, interueni pro clero, intercede pro deuoto faemineo sexu. sentiant omnes tuum leuamen, quicunq; celebrant tuam sanctam commemorationem.

Oratio pro nobis sancta Dei genitrix. R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

OKEMVS.

Offic Eccl. CONCEDE nos famulos tuos quasumus Domine perpetua mentis & corporis sanitate gaudere, O gloriosa B. Maria semper Virginis intercessione a presenti liberari cunctis, & aeterna perfru laetitia. Per Dominum nostrum Iesum Christum, &c.

Nos cum prole pia benedicat Virgo Maria. Fidelium anima per misericordiam Dei requiescant in pace, Amen.

MORTIFICATIONES, ET CORPORIS afflictiones in honorem Deiparae.

De obsequijs ad mortificatione spectantibus. SECUNDUM caput eorum, quae ad Virginis sanctissimae obsequium spectant, opera sunt, quae ad proprii corporis mortificationem faciunt; talia uero sunt poenitentiae opera, nimirum.

1. Ieiunium in peruigilijs festorum Virginis, & in die sabbati; qui, ut c. 29. diximus, multis nominibus ab Ecclesia est Deiparae dicatus uerum mox exempla multorum, qui sabbato ieiunabant, & beneficia Deiparae in eisdem afferemus.

2. Ieiunium item, uel a carnibus abstinentia eo die hebdomadae, in quem singulis annis dies annunciationis Virginis, quando uera Dei Mater est effecta, incidit. quod multis est solemne; uel feria tertia, quae Virgini a Constantinopoli; uel feria quarta, quae Virgini a Carmelo est dicata: uel alia die pro cuiusque deuotione.

3. Quadragesimam, ciborum abstinentia, uel etiam Ieiunio peragere ante Virginis Assumptionem. S. Franciscus teste S. Bonauerura in eius uita, cap. 9. Quadragesimam in honorem Virginis a festo sanctorum Apo-

lorum Petri, & Pauli ad festum Assumptionis ieiunabat deuotissime: cuius pietatem peridem tempus imitari aliqua ratione possumus, ut si per aliquod impedimentum ieiunare non liceat, liceat saltem in eius honorem aliquam ciborum abstinentiam facere. S. Elisabetha Lusitaniae Regina a festo Natiuitatis S. Ioannis Baptistae ad festum Assumptionis Deiparae pane tantum & aqua ieiunabat auctore Petro Perpiniano orat. i. laudationis in eandem.

4. Ad haec cilicium, uel cingulum cilicium subinde gestare.

5. Disciplinae funiculis se ipsum caedere.

6. Vigilijs, & lecto duro corpus suum castigare.

7. Peregrinationem Lauretanam, uel alium uirgini dicatum locum suscipere, & similia in honorem Virginis praestare.

8. Nec minus grata erunt Virgini ea, quae ad interiores animi passionum mortificationes faciunt, cuiusmodi est iracundiae, superbiae, ambitionis motus coercere, carnis illecebras fugere, alienos defectus patienter ferre, suos non excusare; in uestibus, & cibis humilitatem, ac paupertatem omni fastu, & luxu remoto sectari, in operibus uilibus, & abiectis se exercere. Cum ordinarijs uero precibus coniungendas esse corporis afflictiones ad beneficia a Deo efficacius impetranda, nemini, qui spirituales res degustauit, dubium esse potest. Refert S. Bonauerura in cap. 3. medit. uita Christi, B. Virginem cuidam personae sibi deuota (quam ipse putat fuisse sanctam Elisabetham) haec uerba dixisse: Filia dico tibi, quod nullam gratiam, donum, uel uirtutem habui a Deo sine magno labore, continua oratione, ardenti desiderio, profunda deuotione, multis lacrimis, & multa afflictione dicendo, cogitando semper placita sibi, sicut sciebam, & poteram, excepta, sanctificationis gratia, qua sanctificata fui in utero matris. Et addidit: Pro firmo scias, quod nulla gratia descendit in animam, nisi per orationem, & corporis afflictionem: haec ibi.

EXEMPLA, QUI IEIUNIUM, uel alia precantia opus propter Deiparam exercebant.

18. Obsequium uero precum, ac ieiunij praesertim die sabbati in Deiparae honorem

Dei honorem delatum, confirmari potest tum exemplis complurium seu vitæ sanctorum, tum etiam miraculis, ac beneficijs in eorum utilitatem à Deipara exhibitis. quorum aliquot subjicienda existimaui, compluribus alijs omiffis, quæ in hoc opere, præsertim c. 34. ea de re commemorauimus.

S. Nicolaus Tolentinus. S. Nicolaus Tolentinus multis virtutibus, sed abstinentia in primis clarissimus 2. 4. & 6. feria, & in honorem B. Virginis, sabbato emel tantum cibum sumebat, solo pane, & aqua contentus. Surius in ejus vita, tom. 5.

S. Elisabetha Lusitana regina. S. Elisabetha Lusitana Regina inter jejunia, quæ plurima seruabat, & præter Quadragesimam, quam in honorem Deiparæ ante ejus Assumptionem, ut supra dixi, peragere consueuerat, in peruigilijs festorum B. Virginis, & singulis sextis ferijs, ab sabbato, jejunijs panis tantum, & aquæ vitam ægrè tolerabat, & ut est apud nostrum Petrum Perpinianam oratione i. laudationis in eandem.

Walterus de Burbach. Walterus de Burbach Virginis studiosissimus, de quo plura cap. 36. cum adhuc in seculo degeret omnium solemnitatem Deiparæ vigilijs jejunabat, ac panem tantum, & aqua vescabatur: sæpe etiam idem faciebat sextis ferijs obedientiam sabbati, postea Cisterciensem Ordinem complexus sancto sine quieuit, ex Casario libro 7. capite 39.

S. Didacus Complutensis. S. Didacus Complutensis Ordinis Minorum de Observantia à Sixto V. in Sanctorum Catalogum relatus, sabbatis, & festis B. Virginis peruigilijs idem panis tantum, & aquæ jejunijs peragebat, quemadmodum habetur in Chron. Minorum part. 3. lib. 5. c. 3.

S. Carolus Borromæus. S. Carolus Borromæus, quemadmodum cap. 35. memorauimus, in Deiparæ peruigilijs pane tantum, & aqua vescabatur, ac ieiunabat.

IMPERATORUM, ET REGVM IN Deiparam pietas sabbato, vel alijs eisdem dicatio diebus.

Henricus II. Anglorum Rex. Henricus II. Anglorum Rex, qui vixit circa annum 1170. singulis sabbatis ab hora nona in proximam feriam secundam singulis item Deiparæ peruigilijs iustitiam Anglis imperauit, teste Rogerio in Annal. Anglorum. Et sanè huic pietati, quam in Deiparam sequebatur, ascribi debet, quod de nece à suis S-

Rogerius in Annal. Anglorum.

Thomæ Cantuariensis martyri præclarissimo illata, tor doloris, ac poenitentia signa viuens, & moriens dederit, de quibus in vita S. Thomæ Cantuariensis apud Surius tom. 6. & uberior apud Baronium tom. 12. Annal. ad annum 1174 & 1189.

Surius

Henricus VIII. Imperator. Henricus VIII. Imperator non minus religione, quam armis præclarissimus, noctes coram Crucifixi imagine jejunijs peccata deflebat, eosque in pietate progressus fecit, ut quotidie communicaret. Is festo Assumptionis Dei partem die ab omnibus negotijs liber, cælestium contemplationi vacabat, quo die postea anno 1513. mortuus est.

Fridericus III. Imperator

Fridericus III. Imperator. Fridericus III. Imperator pridie Assumptionis cibo, & vino abstinebat.

Ludovicus II. Rex Gallorum. Ludovicus II. Rex Gallorum Deiparam non vulgari deuotione prosequabatur, nam quemadmodum c. 29. dixi, meridiano tempore per uniuersum regnum campanam ad Deiparam salutandam pullari imperat; Bononiensem Comitatum cum oppidis eidem consecrat; cumque grauius ægrotaret, dixit, sperare se non nisi die sabbati Virgini sacro moriturum, atque ita sabbato, qui in 30. diem Augusti incidit anno 1483. obiit, auctore Guagnino lib. 3. de rebus Francorum.

Guagnino de rebus Francorum.

DEIPARÆ MIRACULA, AC BENEFICIA in eos, qui jejunijs, vel aliam mortificationem in ejus honorem susceperunt.

207N Tridentina regione, quidam latronum Princeps in seleribus valdè famosus erat: is cum ob plurima perpetrata latrocinia, & hominum cædes salutis animæ spem omnem abjecisset, à monacho quodam Cisterciensi, qui ei fortè occurrit, in spem æternæ salutis erectus, persuasus est uno die hebdomadæ in Deiparæ honorem jejunare, & ab aliorum læsione abstinere: quod ille cupidè excepit, vixitque se die sabbati nihil gustaturum, ac neminem deprædaturum; idque sedulè seruare studuit quin etiam complures è sociorum manibus, ne bonis spoliarentur, vel interficerentur, in Deiparæ honorem seruauit. Cum verò Tridentum eo tempore ab hostibus per circuitum vastaretur, & satellites Ciuitatis die sabbati hostes insequerentur, hunc latronem propter diem sabbati inermem, seque tamen fortissimus

Corpus latronis jeiunabat, & sabbati Deiparæ cumularè curati.

Anna 3